



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CXXVIII. Der Probst von Gramzow bezeugt, daß er den Ablass des Bischofes von Camin zur Gründung des Hospitals zu Prenzlau gesehen habe, am 14. Oktober 1363.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CXXVIII. Der Probst von Gramzow bezeugt, daß er den Ablaß des Bischofes von Camin zur Gründung des Hospitals zu Prenzlau gesehen habe, am 14. October 1363.

Coram univ[er]sis Christi fidelibus presentia visuris seu auditoris. Nos Petrus, Dei Gratia Prepositus ecclesie Gramzoyiensis, presentibus recognoscimus publice protestando, quod vidimus et legimus certas ac veras litteras Reuerendi Domini nostri Johannis, Episcopi Caminensis, super confirmatione cuiusdam domus hospitalis pauperum et peregrinorum constructa in noua ciuitate Prentzlow, In quibus litteris deuote indulgentie largiuntur omnibus, qui ad dictum hospitale, suas eleemosynas dederunt. Igitur demum et quia Christianum ostentorem presentium nouimus in eadem hospitali prouisorem esse pauperum et petitem eleemosynarum pro eisdem, Quicumque igitur ipsi Christiano aliquo opere misericordie in fauorem dictorum egenorum et peregrinorum manus suas adiutrices in largitione cuius doni sive muneris pro sua possibilitate porrexerint, a summo retributore omnium bonorum centuplum recipere poterunt et vitam eternam possidere. Datum Gramzaw, Anno MCCCLXIII, Die Calixti Pape et munitum nostro sub sigillo.

Aus einem Sepialbuche.

CXXIX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto vereignen einem in der Johanniiskirche zu Prenzlau gegründeten Altar vier Hufen in Baumgarten, welche Friedrich von Lochen dazu aufgegeben hat, am 21. Juni 1364.

In nomine Domini Amen. Noverint vniuersi et singuli tenorem presentium inspecturi et audituri, quod nos Ludovicus Romanus et Otto, Fratres, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses et Lusatie, Duces Bavarie, Comites Palatini Rheni sacrique Romani Archicamerarius etc. Ob honorem omnipotentis Dei sueque genetricis beatissime virginis Marie ac omnium sanctorum atque ob salutem animarum nostrorum omnium predecessorum, olim Marchionum Brandenburgensium pie recordationis et progenitorum et heredum nostrorum ac successorum et ut cultus diuinus magis ac magis deinceps augeatur, iusto proprietatis titulo appropriauimus et in presenti appropriamus ac solenni donatione donamus Altari Sanctorum videlicet Jacobi Majoris et Matthei Apostolorum, Sancti Clementis ac beate Marie Magdalene situato, fundato et dotato in Capella Sanctorum Johannis Evangeliste et Johannis Baptiste Civitatis nostre Prentzla quatuor mansos sitos in campis ville nostre Bombgarde cum agris cultis et incultis, pascuis, pratis, Stagnis et Paludibus, cum lignis et arundinibus, ortis et orituris, spectantes ad curiam quam nunc inhabitat Heydeco de Kotzlaw, resignatos coram nobis per nobilem virum Fredericum de Lochen pro se et suis Heredibus solenni renuntiatione ut puta cum Pactu, precaria, Seruitio curruum, supremo iudicio et infimo, cum decima magna et minuta, cum tali iure, quo prefatus Dominus Fredericus de Lochen dictos mansos (possedit,) libere sine omni impedimento in dicta villa et infra limites ejus, cum omni libertate et absque omni seruitio quibuscumque nominibus censeantur pertinendos et